οὐ γὰρ λιραυγῶς, ἀλλὰ σιγῇ, ὡς ἂν οἷόν τε ἦν καὶ ἥσυχῇ γὰρ ἴσαν καὶ βραδέως προσήισαν. καὶ γὰρ τούτῳ λύρος ἔπεμψε παραγγέλλων, καὶ ἄλλοις τισὶν ἤδη πάρεσαν, ὡς ἐμοὶ ἔδοξε, καὶ Κλεάρχῳ ἐβόα ἄγειν τὸ στρατόπεδον κατὰ μέσον τὸν τῶν πολεμίων, ὅτι ἐκεῖ βασιλεὺς εἴη. καὶ τοῦτο, ἔφη, νικῶμεν, καὶ ἤδη ἡμῖν πεποίηται. ὁρῶ γὰρ ὁ κλέαρχος τὸ μέσον σίφος, καὶ ἀνδρῶν λύρου ἔξω ὄντα τοῦ ἑλληνικοῦ δυνάμει βασιλέα. τοσούτῳ δὲ πλήθει προέχει βασιλεὺς, ὥστε μέσον τὸ ἑαυτοῦ ἔχων τὸν κύρου δυνάμεως ἔξω ἦν. ἀλλ' ὅμως ὁ κλέαρχος οὐκ ἤθελεν ἀκρωτᾶσαι ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τὸ δεξιὸν κέρας, φοβούμενος μὴ κυκλωθείη ἑκατέρωθεν. ὅσοι δὲ κύρῳ ἀπεκρίναντο, ὅτι αὐτῷ μέλοι ὅπως καλῶς ἔχοι. καὶ γὰρ τούτῳ ὅσα μαρτῷ τὸ βαρβαρικὸν στράτευμα ὁμαλῶς πρόειει. τὸ δ' ἑλληνικὸν ὅτι ἔτι γε ὅσον αὐτῷ μόγιον, σωτεπάγεσθαι ἐκ τῶν ἐπισταμένων. καὶ ὁ κῦρος παρελαύνων οὐ πάνυ πρὸς αὐτῷ ὅσον στρατεύματι, κατεθεᾶτο ἑκατέρους ἀποθέν, τόν τε πολεμίους ἀκριβέπων, τούς τε φίλους. ἰσθὼν δὲ αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἑλληνικοῦ ξενοφῶν ἀθρόος, ὑπαναλῶσας ὡς σωπῆσαι, ἤρετο εἴ τι παραγγέλλοι. ὁ δ' ὡς ἤκουσε λέγειν ἐκέλευε πᾶσιν, ὅτι τὰ ἱερὰ καὶ τὰ σφάγια καλὰ εἴη. ταῦτα δὲ λέγων, θορύβου ἤκουσε διὰ τῶν πρόσω ἰόντων, καὶ ἤρετο, τίς ὁ θόρυβος. ὁ δὲ ξενοφῶν εἶπεν, ὅτι τὸ σύνθημα παρέρχεται δι' ὑστάτου ἤδη. καὶ ὃς θαυμάσας τίς παραγγέλλει. ὁ ἤρετο, ἢ εἴη τὸ σύνθημα. ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ὅτι Ζεὺς σωτὴρ καὶ νίκη. ὁ δὲ κῦρος ἀκούσας, ἀλλὰ δέχομαι, ἔφη, καὶ οὕτω ἔστω. ταῦτα δὲ εἰπὼν, εἰς τὸν ἑαυτοῦ χῶραν ἀπήλαυνε, καὶ οὐκέτι πρόσω ἢ τέτταρας σταδίους ἐπεὶ χέτλιον τὸ φάλαγγε ἀπ' ἀλλήλων, ἵνα μὴ ἐπαμφιέζοντο οἱ ἕλληνες, καὶ ἦρχον αὐτοὶ ἴσαι τοῖς πολεμίοις. ὡς δὲ θορυβομένων, ἤρξατο δρόμῳ θεῖν. καὶ ἅμα ἐφθέγξαντο παῦτοι, οἷόν περ εἰκὸς ἐνθουσιῶντας ἐλελίζουσι, καὶ παῦτοι δὲ ἔθεον. λέγουσι δέ τινες, ὡς καὶ τοῖς ἀπίσω πρὸς τὰ σόρατα ἐλούπιζον, φόβου ποιοῦντες τοῖς ἵπποις. πρὶν δὲ τόξευμα ἀφικνεῖσθαι, ἐκκλίνουσιν οἱ βάρβαροι τοῖς ἵπποις καὶ φεύγουσι. καὶ ἐνταῦθα δὴ ἐδίωκον μὲν κατακράτος οἱ ἕλληνες, ἐβόων δ' ἀλλήλοις μὴ θεῖν δρόμῳ, ἀλλ' ἐν τάξει ἕπεσθαι. τὰ δ' ἅρματα ἐφέροντο, τὰ μὲν δι' αὐτῶν τῶν πολεμίων· τὰ δὲ καὶ δι' αὐτῶν τῶν ἑλλήνων, ἐνίοτε διώκοντες. οἱ δέ, ἐπεὶ πεῖσθησαν, ἴσαντο. ἔστι δὲ ὅτε καὶ κατελήφθη, ὥσπερ γὰρ ἱπποδρόμῳ ἐκπλαγεὶς. καὶ οὐδὲ μέντοι οὐδὲ ὄπισθεν παθεῖν ἔφασαν. ὁ δὲ ἄλλος δὲ τῶν ἑλλήνων γε ταύτῃ τῇ μάχῃ ἐπαθεν οὐδὲν οὐδ' ἐν, πλὴν ὅσῃ τοῦ δυνάμῳ τοξεύθηναι τίς ἐλέγετο. κῦρος δ' ὁρῶν οὐκ ἔλλωας, νικῶντας τὸ καθ' αὑτοὺς καὶ διώκοντας, ἡσθήμενος καὶ προσκυνήσας ἤδη ὡς βασιλεὺς ὑπὸ τῶν ἀμφ' αὐτὸν, ὅσ' ὡς ἐξήκθη διώκειν, ἀλλὰ σωτεσταλμένως ἔχων τὴν τῶν σωμάτων ἐξακοσίων ἱππέων τάξιν, ἐπεμελεῖτο ὅ, τι ποιήσει βασιλεύς. καὶ δὴ διὰ αὐτοῦ, ὅτι μέσον ἔχοι τὸν πρόσθεν στρατεύματος. καὶ πάντες δὴ οἱ τῶν βαρβάρων ἄρχοντες μέσον ἔχοντες τὸ αὐτῶν, ἡγοῦντο. νομίζοντες ὅτως γὰρ ἀσφαλέστατα εἶναι, ἢν ἡ ἰσχὺς αὐτῶν ἑκατέρωθεν ᾖ, καὶ εἴτι παραγγέλλοι χρήζοιεν, ἥμισυ γὰρ χρόνου αἰσθάνεσθαι τὸ στρατεύμα. καὶ βασιλεὺς δὴ τότε μέσον ἔχων τῆς ἑαυτοῦ στρατιᾶς, ὅμως ἔξω ἐφέρετο τοῦ

κύρου

κύρου δυνάμεως κέρας. ἐπεὶ δὲ ὁ Κῦρος αὐτῷ ἐμάχετο ἐκ τοῦ φανεροῦ, ἡ δὲ τοῖς αὐτοῦ τεταγμένοις ἐμποδὼν ἐπέκαμψεν ὡς εἰς κύκλωσιν. ἰδὼν δὲ ὁ κῦρος οἰόμενον κατακόψειν τὸ ἐλλιπὲς, ἐλαύνει αὐτίον, καὶ ἐμβαλὼν σὺν τοῖς ἑξακοσίοις, νικᾷ οὕτω πως βασιλέα τεταγμένους, καὶ εἰς φυγὴν ἔτρεψε σὺν ἑξακισχιλίοις. καὶ ἀκοντεῖναι λέγεται αὐτὸς τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ ἀρτάγεσιλαν ἄρχοντα αὐτοῦ. ὡς δ' ἡ τροπὴ ἐγένετο, διαπαίροντες καὶ οἱ κύρου ἑξακόσιοι εἰς τὸ διώκειν ὁρμήσαντος, πλὴν παύρους ὀλίγους ἀμφ' αὐτὸν κατελείφθησαν, σχεδὸν οἱ ὁμοτράπεζοι καλούμενοι. σὺν τούτοις ἦν ὧν, καθορᾷ βασιλέα ἐπ' ἐκείνου σῖφος, καὶ θυμὸς ἐπ' ἐκείνου ἐγένετο, ἀλλ' ἐπὼν ὁρᾷ τὸν ἄνδρα, εἶπεν ἐπ' αὐτόν. καὶ παίει κατὰ τὸ στέρνον, ἐπὶ πρώσκει δέ τοι ὁ Θώρακος, ὡς φησι κτησίας ὁ ἰατρὸς, καὶ ἰᾶσθαι αὐτὸς τὸ τραῦμα φησί. παίοντα δ' αὐτὸν, ἀκονιζόμενός τις παλτῷ κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν βιαίῳ, καὶ γενέσθαι μαχόμενοι καὶ βασιλεὺς καὶ Κῦρος, καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ὑπὲρ ἑκατέρου. ὁπόσοι μὲν τῶν ἀμφὶ βασιλέα ἀπέθανον, κτησίας λέγει. παρ' ἐκείνῳ δὲ Κῦρος ἦν αὐτὸς τε ἀπέθανε, καὶ ὀκτὼ οἱ ἄριστοι τῶν περὶ αὐτὸν ἔκειντο ἐπ' αὐτῷ. ἀρταπάτης δὲ ὁ πιστότατος αὐτῷ σκηπτοῦχον θεράπων λέγεται, ἐπιδὴ εἶδε τεθνηκότα Κῦρον, καταπηδήσας ἀπὸ τοῦ ἵππου, προσιέναι αὐτῷ. καὶ οἱ μὲν φασὶ βασιλέα μεταλῦσαι νεκρὸν, ὡς σφαλῆναι αὐτὸν Κύρῳ. οἱ δὲ ἑαυτὸν ὡς σφαλέντα κατασπάσαι τὸν ἀκινάκην. ἔσχε δὲ χρυσοῦν, καὶ στρεπτὸν δὲ ἐφόρει, καὶ φέλλια, καὶ τἄλλα, ὥσπερ οἱ ἄριστοι τῶν περσῶν. ἐτετίμητο γὰρ ὑπὸ κύρου δι' εὔνοιάν τε καὶ πίστητα. Κῦρος μὲν δὴ οὕτως ἐτελεύτησεν, ἀνὴρ ὢν πρῶτος τῶν μετὰ κῦρον τὸν ἀρχαῖον γενομένων, βασιλικώτατός τε καὶ ἄρχειν ἀξιώτατος, ὡς πᾶσι πάντων ὁμολογεῖται τῶν κύρου γενεᾶς. πρῶτον μὲν ὢν ἔτι παῖς ὅτε ἐπαιδεύετο καὶ σὺν τῷ ἀδελφῷ, καὶ τοῖς ἄλλοις παισί, πάντων παύτα πρὸς Κῦρος ἐνομίζετο. πάντες γὰρ οἱ τῶν ἀρίστων παῖδες ἐν ταῖς βασιλέως θύραις παιδεύονται. ἔνθα πολλὴ μὲν σωφροσύνη καταμάθοι ἄν τις. ἀσχρὸν δ' ἦν ἰδεῖν ὅτε ἀκοῦσαι ὅτ' ἴδοι θεῶν δ' οἱ παῖδες οὐδὲν ἀμφιλύουσι τὸν βασιλέως. καὶ ἀκόσμοι καὶ ἄλλως ἀπαιζόμενοι, ὡς ὄντες παῖδες ὄντες, μανθάνουσιν ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι. ἔνθα Κῦρος ἀνδρειότατος μὲν πρῶτον τῶν ἡλίκων ἐδόκει εἶναι, τοῖς τε πρεσβυτέροις ἐκ τοῦ αὐτοῦ ὑποδεέστερος μᾶλλον πείθεσθαι. ἔπειτα ἦν φιλίππου, καὶ τοῖς ἵπποις ἄριστα χρῆσθαι. ἔκεινον δ' αὖ καὶ τὸ εἰς τὸ πόλεμον ὀργὴν, τοξικήν τε καὶ ἀκοντίσεως, φιλομαθέστατον εἶναι καὶ μελετηρότατον. ἐπεὶ δὲ τὴν ἡλικίαν ἔπρεπε καὶ φιλοθηρότατος ἦν, καὶ πρὸς τὰ θηρία μὲν τοι φιλοκινδυνότατος, καὶ ἄρκτον ποτὲ ὑφερομένην οὐκ ἔτρεσεν, ἀλλὰ συμπεσὼν, κατεπάλαιε ἀπὸ τοῦ ἵππου. καὶ τὰ μὲν ἔπαθεν, ὧν καὶ τὰς ὠτειλὰς φανερὰς ἔχει. τέλος δὲ καὶ ἔκτανε. καὶ τὸν πρῶτον μέντοι βοηθήσαντα, πολλοῖ μακαρισὸν εἶναι ἐποίησεν. ἐπεὶ δὲ καταπέμφθη ὑπὸ τοῦ πατρὸς, σατραπεύσας λυδίας τε καὶ φρυγίας ἥ μεγάλης καππαδοκίας, στρατηγὸς ἦν καὶ πάντων ἀπελέγχθη, οἷς ἐλάμβανεν ἐκ πολλοῦ πεδίου ἀθροίζεσθαι, πρῶτον μὲν ἐπέδειξεν αὐτὸς, ὅτι πολὺ πλείονα ποιοῖτο ἐν τῷ παίσαι, καὶ ἐν τῷ σωθοῖτο, καὶ ἐν τῷ ὑποχοιτο δ', μὴ δεῖν ψεύδεσθαι. καὶ δὴν ἐπίσης μὲν αὐτῷ αἱ πόλεις ὠφρεπόμενοι καὶ ἐπίσης δ' οἱ ἄνδρες, καὶ ἐλίς πολέμιος ἐγένετο παθεῖν μηδὲν κύρου, ἐπίσης καὶ μηδὲν ἂν παθὰ τὰς συνθήκας παθεῖν. τοιγαροῦν

Cyri cornu procurrebat: in hãc ex aduerso nulla facta im
pressio fuerat. Quare cum Cyrus regem animaduertisset
curuatis ordinibus in eam partem, quæ hoste uacabat, in
cumbentẽ, ueritus ne si in longiorem ambitum se explicu
isset, Græcorũ terga cæderet, in eum cum globo suo inue
ctus est, ac primo statim impetu regios ordines fundit, ut
hostiũ millia de cohorte prætoria in fugam uertit, eorũq;
ducem Artagesen sua manu occidit. Vt illi terga uertere,
Cyri manus dum eos urget auidius, iam confidentius ordi
nem deserit: pauci tamen cum Cyro remanserunt, nempe
hi, qui eius contubernales appellabantur. Interea Cyrus
regem suo incinctum globo conspicatus, continere se am
plius nequit, Video, inquit, hominẽ: statimq; in eum inua
dit, infesta hasta per loricã pectus uerberat. Quod se uul
nus Ctesias medicus curasse refert. Ibi hostẽ incautius fe
rientẽ, tragula ex hostili acie, nescio quis Cyrum alte sub
oculo uulnerat. Pugnatur utrinq; acriter, dum suũ utraq;
pars regẽ protegit. Ctesias quidẽ, qui ceciderint circa re
gem, memorat, in illis enim fuit partibus. In his cũ Cyrus
ipse, tum ex eius cohorte VIII. uiri fortissimi occubuere.
Hic Artapetes eorum qui cum scepiro Cyro apparebant,
fidelissimus, posteaquã Cyrũ humi iacentẽ uidit, ex equo
descendens, ad eius se cadauer abiecit. Hunc sunt qui di
cant, regis iussu supra Cyri corpus iugulatũ, alij ipsum si
bimet latus acinace cõfodisse: erat enim ei aureus acina
ces, ut qui & torquẽ gestaret, & armillas aureas, ut qui
uis ex Persarũ optimatibus, cum esset ob fidem ac beneuo
lentiã in summo apud Cyrũ honore. Hunc Cyrus uitæ exi
tum habuit, uir cõsentienti omniũ qui cum eo uixerant iu
dicio, unus post maiorẽ Cyrũ, ad regnandũ imperandũq;
maximè factus. Is primũ cum puer esset, omni puerilium ex
ercitationũ genere, & fratri & æqualib. cæterisq; quib.
cum educabatur, præstitit. NAM in Persis Principũ libe
ri ad ipsas regiæ fores erudiuntur, ubi multa illis summæ
cõtinentiæ documẽta suppeditãt, cum nihil unquã fœdũ,
uel obscœnũ aspiciant, aut audiãt: cum uero alios honori
bus, probris alios à rege affici uideãt, statim à pueris cum
parendi, tum bene imperandi exemplis imbuuntur. In ea
se disciplina Cyrus præ cũctis æqualibus suis maxime do
cilem præbuit: idemq; senioribus, multo etiam quàm qui
inferiore erant fortuna, promptius parebat: equos studio
se alebat, atq; his utebatur scientissime. In armorum stu
dijs, iaculis, ac sagittis mittendis, tantum consequebatur,
ut in eo tyrocinio ac meditatione longo interuallo cæte
ris anteponeretur. Puber uero factus, ad uenationem stu
diosissime animum adiecit: in qua pericula unus omnium
fortissimè adibat, atq; adeo ut ursum aliquando in se ruen
tem nihil extimuerit, sed cum eo congressus, ab equo qui
dem fuerit abstractus, & uulnera acceperit, quorum eti
am cernicatrices poterant: feram tamen peremerit: eum
que, qui sibi primus in eo certamine auxiliũ tulerat, per
honorificis præmijs affecerit. Postea uerò quàm Lydia ei
à patre, magna Phrygia, & Cappadocia, & eorum om
nium qui in Castoli campos conueniunt, imperium decre
tum est, primùm facile omnibus declarauit, se nihil fœde
rum, pactorum, ac promissorum omnium religione anti
quius habere. Quare eximiam ei fidem cum ciuitates,
quæ in eius potestate erant, tum alij omnes populi habe
bant. Neq; hostes etiã ipsi, si quid cum Cyro pepigissent,
ne quid præter compositionis ius paterentur, metuebant.

Quam ob rem ubi Tissapherni bellum intulit, ciuitates cunctæ ultro, præter Milesios ad Cyrum defecerunt. Nam Milesij, quod exulum causam nollet negligere, ei se credere ueriti sunt. Id enim præ se ferebat, ac prædicabat, multoq; magis re ipsa confirmabat, se eos ne in aduersis quidem rebus atq; afflicta fortuna, quos iam ante in fidē recepisset, destituturum. Perspicuum uerò omnibus semper fuit, id esse ei omnium antiquissimum certamen, ut bene de se meritos beneficijs, inimicos nocendi rationibus superaret. Neq; ullum ei frequentius uotum esse consueuisse, multi prodiderunt, quàm ut tandiu uiuere liceret, donec & amicorum beneficia, & inimicorum iniurias uinceret. Quare uni ei ex omnibus ætatis nostræ hominibus, cūcti mortales pecuniam, urbes, corpora etiam sua tradere cupiebant. Neq; tamen uere quisquam dixerit, improbis ac sceleratis hominibus impunitatem apud eum fuisse, cum in eos seuerissimè animaduerteret, atq; adeo, ut in militaribus uijs multi passim offenderētur, quibus uel manus, uel pedes præcisi, uel effossi essent oculi. Quo fiebat, ut in toto Cyri imperio quietis omnibus ac pacatis, uel Græcis, uel barbaris, quicquid ex re commodoq; suo comportarent, tutissima essent itinera. Præ cæteris quidem, militari uirtute præstantibus hominibus maximum honorem habebat. Primam in Pisidas & Mysos expeditionem suscepit: cui cum ipse etiam interfuisset, quos alacriter belli se periculis obijcere animaduerterat, ijs earum quas armis subegisset prouinciarum imperia, & alia item præmia ac munera detulit. Quibus ex rebus efficiebatur, ut fortissimi quiq; fortuna etiam excellerent: contrà uero timidi & ignaui, nihilo honestiores haberentur, quàm si illis seruitutem seruirent. Quamobrem nunquam deerant, qui ultro se periculis offerrent, modo id Cyrum resciturum putarent. In primis uerò si qui aliquod iustitiæ documentum dedissent, eos sibi Cyrus multò magis locupletandos putabat quàm quos lucri cupiditate teneri animaduertisset. Hinc meritò & adiumenta rerum gerendarum ei omnia undecunq; suppetebant, & firmissimo ac fidelissimo exercitu utebatur. Duces enim & centuriones non pecuniæ cupiditate, sed uerissimæ disciplinæ amore, quā menstruis stipendijs multo utiliorem ducebant, ultrò ad eum è Græcia nauigabant: sed neq; ille ijs unquam, qui alacriter imperata fecissent, se ingratum præbuit. Quare uni omnium optimi ac præstantissimi cuiusuis operis adiutores præstò erāt. Quod si quem uideret, aut bono modo rem familiarē augentem, atq; ea in re diligentem & callidum: aut regionem, cui præesset, dum bene eam constitueret, fructuosiorem multò reddentem, nihil ei omnino adimebat, quin eius industriam sua etiam liberalitate prosequebatur. Ex quo & libenter omnes labores suscipiebant, & partis bonis fidenter fruebantur: quo fiebat, ut nemo quantū possideret, Cyrum cælaret. Neq; enim cuiquam apertè quærenti inuidebat, sed clàm coactam pecuniam uindicabat. Ac eorum quidem cōmodis quos in amicitiā suam recepisset, quosq; sibi beneuolos, & ad opem ferendam (quodcūq; suscepisset negocium) promptos esse intelligeret, omnium consensu studiosissimè seruiebat: quandoquidem cuius rei causa aliorū ipse amicitiā magnopere sibi necessariā esse ducebat, quò scilicet rerum gerendarū socios & adiutores haberet: eadem etiam in re amicis, ubi eorum tempora postularent, opitulando gratiam referendam putabat.

Dona

τοιγαροῦν, ἐπεὶ τισσαφέρνει ἐπολέμησε, πᾶσαι αἱ πόλεις ἐκοῦσαι Κύρου εἵλοντο αὐτὶ τισσαφέρνους, πλὴν μιλησίων. οὗτοι δ' ὅτι οὐκ ἤθελε σὺν φόνῳ ἀπιέναι, ἐφοβοῦντο αὐτόν. καὶ γὰρ ἔργῳ ἐπεδείκνυε καὶ ἔλεγεν, ὅτι οὐκ ἂν ποτε παύοιτο, ἐπεὶ ἅπαξ αὐτοῖς φίλος ἐγγένοιτο, οὐδ' ἔτι μὴν μείους γένοιντο, ἔτι δὲ καὶ μᾶλλον πραξείαν. φανερὸς δ' ὢν, καὶ εἴτις εὖ γαθὸν ἢ κακὸν ποιήσειεν αὐτῷ, νικᾶν ἐπειρᾶτο. καὶ δύσκολόν τινα αὐτὸν ἐξέφερον, ὡς δύσκοιτο τοσοῦτον χρόνον ζῶν, εἴτε νικῴη καὶ σὺν ἐῢ καὶ σὺν κακῶς ποιοῦντας ἀλεξόμενος. καὶ γὰρ οὐκ ὀλίγοι δὴ αὐτῶν, γέ γε ἀνδρὶ τῶν ἐφ' ἡμῶν ἐπεθύμησαν, καὶ χρήματα, καὶ πόλεις, καὶ τὰ ἑαυτῶν σώματα προέσθαι. οὔμην δή, οὐδὲ τοῦτ' ἄν τις εἴποι, ὡς σὺν κακούργοις καὶ ἀδίκοις εἶα καταγελᾶν, ἀλλ' ἀφειδέστατα πάντων ἐτιμωρεῖτο. πολλάκις δ' ὧν ἰδεῖν παρὰ τὰς σεβομένας ὁδοὺς, καὶ ποδῶν, καὶ χειρῶν, καὶ ὀφθαλμῶν στερουμένους ἀνθρώπους, ὥστε γ' ἐπὶ Κύρου ἀρχῆς ἐγγένοιτο, καὶ ἕλλησι καὶ βαρβάρῳ μυρίῳ ἀδικουμένοις, ἀδεῶς πορεύεσθαι ὅποι τις ἤθελεν, ἔχοντι ὅ, τι προχωροίη. σὺν μοί τοι γε ἀγαθοὺς εἰς πόλεμον, ὡμολόγουν διαφέροντας τιμᾶν. καὶ πρῶτον μὲν ὧν αὐτῷ πόλεμος πρὸς πισίδας καὶ μυσούς. στρατευόμενος οὖν καὶ αὐτὸς εἰς ταύτας τὰς χώρας, οὓς ἑώρα ἐθέλοντας κινδυνεύειν, τούτους καὶ ἄρχοντας ἐποίει ἧς κατεστρέφετο χώρας, καὶ ἄλλοις δίκαιος ἐτίμα. ὥστε φαίνεσθαι τοὺς μὲν ἀγαθοὺς εὐδαιμονιστέρους, τοὺς δὲ κακοὺς, πολὺ μᾶλλον τούτῳ ἀξιοῦσθαι εἶναι. τοιγαροῦν πολλὴ ὧν ἀφθονία, οὕτω τῶν ἐθελόντων κινδυνεύειν, ὅπου τις οἴοιτο κύρου ἄθήσεσθαι. εἴς γε μὴν δικαιοσύνην εἴτις αὐτῷ φανερὸς γένοιτο, ὧν δείκνυσθαι βουλόμενος, πρόπαντας ἐποιεῖτο τούτους πλουσιωτέρους ποιεῖν, τῶν ἐκ τοῦ ἀδίκου φιλοκερδεστέρων. καὶ γάρ οὖν, ἄλλα τε πολλὰ δικαίως αὐτῷ διεχειρίζετο, καὶ στρατεύματι ἀληθινῷ ἐχρήσατο. καὶ γὰρ στρατηγοὶ καὶ λοχαγοὶ οὐ χρημάτων ἕνεκα πρὸς ἐκεῖνον ἔπλουσαν, ἀλλ' ἐπεὶ ἔγνωσαν κερδαλεώτερον εἶναι καλῶς πειθαρχεῖν, ἢ τὸ κατὰ μόνας κέρδος. ἀλλὰ μήν, εἴ τις γέ τοι αὐτῷ προσαξαντι καλῶς ὑπηρετήσειεν, οὐδ' ὁντινοῦν πώποτε ἀχάριστον εἴασε τιμῶν προθυμίαν. τοιγαροῦν κρατίστοι δὴ ὑπουργεῖται πάντες ἔργου, κύρῳ ἐλέχθησαν γένεσθαι. εἰ δέ τινα ὁρῴη, πένητα ὄντα οἰκονόμον ἐκτὸς δικαίου, καὶ κατασκευάζοντα τε ἧς ἄρχοι χώρας, καὶ πρόσοδους ποιοῦντα, οὐδένα ἂν πώποτε ἀφείλατο, ἀλλὰ καὶ πλέω προσέδιδου. ὥστε καὶ ῥᾳδίως ἐπόνουν, καὶ θαρραλέως ἐκτῶντο, καὶ ἃ πάσασθαι αὖ τίς, ἥκιστα κύρου ἐκρυπτον. οὐ γὰρ φθονοῦν τοῖς φανερῶς πλουτοῦσιν ἐφαίνετο, ἀλλὰ πειρώμενος χρῆσθαι τοῖς τῶν ὑπερπλουτούντων χρήμασι. φίλους γε μὴν ὅσους ποιήσαιτο, καὶ δυνους γνοίη ὄντας, καὶ ἱκανοὺς κρίνειε συνεργοὺς εἶναι, ὅ, τι τυγχάνει βουλόμενος κατεργάζεσθαι, ὁμολογεῖται πρὸς πάντων ἱκάτιστος δὴ γένεσθαι θεραπεύειν. οἱ γὰρ αὖ τὸν αὐτὸν, ὅπερ αὐτὸς φίλον ἕνεκα φίλου ἔφη δεῖσθαι ὡς συνεργοὺς ἔχοι, οἱ αὐτὸς ἐπειρᾶτο συνεργὸς τοῖς φίλοις παρεῖναι τοῦτο, ὅτου ἕκαστος αὐδανοίατο ἐπιθυμοῦντα.

δῶρα

δῶρα δὲ πλεῖστα μὲν οἶμαι ἔς γε αὐτὸν ὧν ἐλάμβανε δῆλα· πολλά. τοῦτα δὲ δὴ πάντα μάλιστα τοῖς φίλοις ἐδίδου, πρὸς τὸν τρόπον ἑκάστου σκοπῶν, καὶ ὅτου μάλιστα ὁρᾶν ἕκαστον δεόμενον. ἡ ὅστε δῆλον σώματι αὐτοῦ κόσμου πέμποι τις, ἢ ὡς εἰς πόλεμον, ἢ ὡς εἰς καλλωπισμόν. καὶ πρὸς τούτων λέγειν αὐτὸν ἔφασαν, ὅτι τὸ μὲν ἑαυτοῦ σῶμα οὐκ ἂν δυνηθείη τούτοις πᾶσι κοσμηθῆναι· φίλους δὲ καλῶς διακοσμηθέντας, μέγιστον διάκοσμον αὐτοῦ νομίζοι. καὶ τὸ μὲν τὰ μεγάλα νικᾶν σὺν φίλοις ἐν πολλοῖς τάχα οὐδὲν θαυμαστόν, ἐπειδή γε καὶ δυνατώτερος ἦν· τὸ δὲ τῇ ὥρᾳ μελέας προθυμεῖσθαι τῶν φίλων, καὶ τὸ προθυμεῖσθαι χαρίζεσθαι, τοῦτα μᾶλλον ἔμοιγε δοκεῖ ἀγασταὶ εἶναι. Κῦρος γὰρ ἔπεμπε βοῦς οἴνου ἡμιδεεῖς πολλάκις, ὁπότε πάνυ ἡδέως λαλοῖ, λέγων ὅτι οὔπω δὴ πολλοῦ χρόνου τούτῳ ἡδίονι ἔγνω ἐντυχοι. ὃν σοι ἔπεμψε, καὶ δεῖται σου ὅπως ἐκπίῃς τήμερον, σὺν οἷς μάλιστα φιλεῖς. πολλάκις δὲ χλωρᾶς ἡμιβρώτους ἔπεμπε καὶ ἄρτων ἡμίσεα, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, ὧν λέγειν διελύων τὸν φέροντα, τούτοις πάνυ Κῦρος, βούλεται σοῦ καὶ σὲ τούτων γεύεσθαι. ὅπου δὲ χιλὸς ἀφανὴς ὂν ἀνὴρ εἴη, αὐτὸς δ' ἐδύνατο παρασκευάσασθαι, δι' ὃ πολλοὺς ἔχειν ὑπηρέτας, καὶ δι' τιὼ μέλειαν, διαπέμπων, ἐκέλευε σὺν φίλους τοὺς τὰ ἑαυτῶν σώματα ἄγουσιν ἵπποις, ἐμβάλλειν σφῶν τὸν χιλὸν, ὡς μὴ φαινῶντο σὺν ἑαυτῶν φίλους ἄγουσιν. εἰ δὲ δὴ ποτε πορεύοιτο, καὶ πλεῖστοι μέλλοιεν ὄψεσθαι, προσκαλῶν σὺν φίλους, ἐπαυδιαλογεῖτο, ὡς δηλοίη τὸ τιμᾶν. ὥστε ἔγωγε δι' ὧν ἀκήκοα, οὐδ' ἂν ἐθέλοιμι τὸ πλειόνων φιλεῖσθαι, οὔτε ἑλλήνων οὔτε βαρβάρων. τεκμήριον δὲ τούτου τὸ πόλεμα· παρὰ μὲν Κύρου δούλου ὄντος, οὐδεὶς ἀπέβη πρὸς βασιλέα. πλὴν ὀρόντας ἐπεχείρησε. καὶ οὗτος δὲ, ἐπεὶ ᾤετο πιστὸν οἱ εἶναι, τάχ' αὐτὸν εὗρε Κύρῳ φιλέταιρον ἢ ἑαυτῷ. παρὰ δὲ βασιλέως πολλοὶ πρὸς Κῦρον ἀπῆλθον, ἐπεὶ πολέμιοι ἀλλήλοις ἐγένοντο. καὶ οὗτοι μάλιστοι οἱ μάλιστα ὑπ' αὐτοῦ ἀγαπώμενοι, νομίζοντος παρὰ Κύρῳ ὄντος ἀγαθοί, ἀξιωτέρας ἂν τιμῆς τυγχάνειν ἢ παρὰ βασιλεῖ. μέγα δὴ τεκμήριον, ὅτι τὸ φῦ τῇ τελευτῇ τοῦ βίου αὐτῷ γενόμενον, ὅτι ὃ αὐτὸς ὢν ἀγαθὸς, καὶ κείνῳ ὀρθῶς ἐδύνατο σὺν πιστοὺς καὶ δυνατοὺς καὶ βεβαίους. ἀκμάσαντος γὰρ αὐτοῦ, πάντων οἱ παρ' αὐτὸν φίλοι καὶ συστρατιῶται, μαχόμενοι ἀπέθανον ὑπὲρ Κύρου, πλὴν ἀριαίου. οὗτος δὲ τεταγμένος ἐτύγχανεν ὢν τοῦ δυνατοῦ μέρους τοῦ ἱππικοῦ ἄρχων. ὡς δ' ἤδετο Κύρου πεπτωκότος, ἔφυγεν, ἔχων καὶ τὸ στράτευμα πᾶν, οὗ ἡγεῖτο. ἐντεῦθεν δὴ Κύρου ἀποτμηθείσης ἡ κεφαλὴ, καὶ χεὶρ ἡ δεξιά. βασιλεὺς δὲ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ διώκων, ἐσπίπτει εἰς τὸ Κύρειον στρατόπεδον. καὶ οἱ μὲν μετὰ ἀριαίου ὀκτὼ ἴσαντα, ἀλλὰ φεύγουσι δι' τοῦ αὐτῶν στρατοπέδου εἰς τὸν σταθμὸν ἐν ᾧ ὥρμηντο. τέτταρες δ' ἐλέγοντο παρατάξαι ἅπαντες εἶν. Βασιλεὺς ἡ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, τότε ἄλλα πολλὰ διαρπάζοντι, καὶ τὴν φωκαΐδα τὴν Κύρου παλλακίδα τὴν σοφὴν καὶ καλὴν λεγομένην εἶν λαμβάνει. ἡ ἦν μιλησία ἡ νεωτέρα, λαφθεῖσα ὑπὸ τῶν ἀμφὶ βασιλέα, ἐκφεύγει γυνὴ πρὸς τὸ ἑλλήσποντον, οἳ ἔτυχον ἐν τοῖς σκευοφόροις ὅπλα ἔχοντες. καὶ αὐτίκα χθόντες, πολλοὺς μὲν τῶν διαρπαζόντων ἀπέκτειναν, οἱ δὲ καὶ αὐτῶν ἀπέθανον.

Dona autem, quæ unus omniũ plurima accipere consueuerat, omnia inter amicos pro cuiusq; uitæ ac temporum conditione diuidebat. Quin & quæ sibi ornamenta uel ad belli usum, uel ad elegantiam uestitus mittebantur, elargiebatur. Quo in genere hoc eius dictum celebratur: Non posse suum unius corpus ijs omnibus ornari: amicos uero egregie ornatos, præclarum se homini ornatum putare. At enim quòd amicos beneficijs uinceret, cum tanto illis esset potentior, nihil fortasse mirum uideatur: quod uero cura, & in bene de illis merendo alacritate, eosdem longo interuallo superaret, id enimuero mihi laude & admiratione summa dignum uideri solet. Quoties enim uini, quod esset optimum & præstantißimũ naclus, semiplenos cantharos ad suos mittebat, quod se nescire diceret, quando eo melius nanciscì posset? Hoc igitur dicebat is, cui negocium datum esset: Tibi Cyrus mittit, teq; ut id hodie cum ijs bibas quos maximè diligis, rogat. Quoties semesos anseres? Quoties panes dimidiatos, & huius generis alia mittebat? Quæ qui ferebant, Hæc tibi, aiebant, Cyrus impertitur, quod ipsi iucundißima fuere. Quoties in magna pabuli penuria, quod sibi facilius comparatu esset pabulum, propter pabulatorum multitudinem ac diligentiam, ad amicos mittebat, atque id equis, ut suis, quibus ueherentur, apponerent hortabatur, ne illi dominos esurientes uehèrent? Quoties in uia, multis spectantibus dedita opera ad se amicos uocabat, cumq; illis secreto loquebatur, ut quibus honorem haberet, testificarentur? Quare ex omnibus quos ego audierim, uel Græcis, uel barbaris, neminem statuo plures unquam amicos habuisse. Cui rei & illud documento est, quod à Cyro, qui sub alieno erat imperio, nemo unquam ad regem defecit, uno Oronte excepto: quem tamen rex dum sibi fidelem putat, Cyro pene, quàm sibi amiciorem inuenit. Ab ipso uero rege ad Cyrum, bello suscepto, quàm plurimi perfugere, atq; hi maximè regi familiares, quod uirtuti suæ maiorem à Cyro, quàm ab ipso rege honorem habitum iri putarent. Bene autem cum illo, & præclare extremo uitæ tempore actum est, quod & ipse fortiter dimicans occubuerit, ac suorum in se fidem, beneuolentiam, ac constantiam sit expertus: quando amici omnes, & contubernales pro eo pugnantes ceciderunt, præter Ariæum. Is enim cum in læuo cornu equitatui præesset, ubi Cyrum cecidisse comperit, integris copijs suis aufugit. Cyro tunc, & caput, & dextera manus abscissa est. At rex cum exercitu hostem insequens, in Cyri castra incidit. Ariæus non prius cum suis fugere destitit, quàm ad ea unde paulo ante discessum fuerat, castra peruenit, quæ sexdecim fere millia passuum ab eo loco, quo prælium commissum est, abfuerunt. Rex interim cum suis castra diripit, ac Cyri ipsius Pallacam Phocaicam, eximia specie, ac prudentia etiam, uti fama ferebatur, mulierem abducit. Nanque altera natu minor Milesia, à regia cohorte capta, nuda effugit, seq; ad eas Græcorum turmas recepit, quæ forte inter impedimenta cum armis steterant. Et illi quidem barbaris castra diripientibus, globo facto acriter restiterunt, multòsque ex ijs cecidère:

ac quamuis nonnulli ex ipsis etiam ceciderint, locum tamen suum tutati sunt, mulieremque, & cæteros homines, resque omnes quæ ea in parte fuerunt, seruarunt. Erat inter regem & Græcos x x x. fere stadiorum interuallum. Et Græci quidem cum uictos à se omnes putarent, urgebant: Barbari contrà quasi ex omni parte uicissent, se totos ad prædam conuerterant. Vbi uero & Græci regem cum sua manu ad impedimenta peruenisse cognouerunt, & rex à Tissapherne certior factus est, uicisse sua ex parte Græcos, ac fusos persequi, rex copias suas colligit, & componit. Clearchus & Proxenus, qui loco proximi erant, deliberant, nunquid uniuersis castris opem ferant, an copiarum tantum partem mittant. At rex interea ita suos instruebat, ut à tergo impressionem facturus uideretur: quare Græci collecti, in quam ille partem minaretur, ea aut ui perrumpere, aut hostis irruptionem sustinere putabant. Sed ille, qua paulo ante progressus fuerat, extra læuum Cyri cornu, inde retractis ijs qui in pugna ad Græcos perfugerant, & intra suum agmen Tissapherne recepto, retrocessit. Tissaphernes in primo congressu non sane fugerat, sed cum secundum flumen peltatos Græcorum inuasisset, neminem plane interfecit: quin Græci cum se in duas partes diuisissent, eius cohortem cum gladijs, tum missilibus urgere cœperunt. Imperabat peltatis Epistbenes Megalopolitanus, ur cum primis prudens & fortis: eo factum est, ut Tissaphernes inferior discesserit. In Græcorum uero castra cum incidisset, ibi regem offendit, quò cum instructo agmine profectus est. Ac ad læuum cornu Græcorum cum propius accessissent, ueriti sunt Græci ne se inuaderent, ac utrinq; explicatis ordinib. circumuentos cæderent: optimum igitur factu uidebatur, si illud ipsum cornu ita porrigerent, ut flumen à tergo haberent. Dum id consilij ineunt, rex in eos haud alia forma aciem dirigit, quàm qua ante congressus fuerat. Illi simulac barbaros ita instructos appropinquare senserunt, per pæanem patrio ritu signo dato, eos multo alacrius etiam quàm ante, adorti sunt. Barbari nusquam impetum sustinentes, effusius multò quàm paulò ante fugam fecerunt. At hi cum usq; ad uicum quendam insequuti essent, paulum subsitere: ob eam nempe causam, quod regis equestres copiæ, sine ullo peditatu collem qui supra uicum erat, tam late insederant, ut totus ab equitibus teneretur: quare cunctati sunt primùm, quid ageretur in certi. Hic aiunt regale signum agnitum, auream aquilam, in pelta ad summã hastam alligata. Verum cum subire aduersum cliuum Græci cœpissent, diffugiẽtes barbari quà quisq; poterat, dissipatis ordinibus cum collem deseruere. Quem etsi præsidio nudatum, dilapsis iam omnibus equitibus Clearchus cõspicatus est, tantisper tamen milites suos continuit, dum Lycius Syracusanus, & alius quidam, quos speculatũ miserat, quæ in colle cõperissent, renunciarent. Ac Lycius rediens, hostes nũciat quãmaximè citatis equis fugere. Verùm cum iam propè esset ut occideret sol, armis depositis quiescendũ putarunt: ac tũc primùm admirari cœperunt, quod neq; Cyrus, quem perisse ignorabãt, neq;

οὐ μὴν ἐφυγόν γε, ἀλλὰ καὶ ταύτῃ ἔσωσαν, καὶ τὰ ἄλλα ὁπόσα ἦν τῶν αὐτῶν καὶ χρήματα καὶ ἄνθρωποι ἐγίγνοντο, πάντα ἔσωζον. ταῦτα διέχον ἀλλήλων βασιλεὺς τε καὶ οἱ Ἕλληνες, ὡς τριάκοντα στάδια. οἱ μὲν διώκοντες οὐκ ἀπ' ἐναντίας ὡς πάντας νικῶντες. οἱ δ' ἁρπάζοντες, ὡς ἤδη πάντων νικώντων. ὡς δὲ ἤσθοντο οἱ μὲν Ἕλληνες, ὅτι βασιλεὺς σὺν στρατεύματι ἦν τοῖς σκευοφόροις ἔπι, βασιλεὺς δ' αὖ ἤκουσε τοὺς περὶ Κῦρον, ὅτι οἱ Ἕλληνες νικῶεν τὸ κατ' ἐαυτούς, καὶ εἰς τὸ πρόσθεν οἴχοντο διώκοντες, ταῦτα δὴ βασιλεὺς μὲν ἀθρόος ἦν σὺν ἑαυτῷ, καὶ σωτήριος. ὁ δὲ Κλέαρχος ἐβουλεύετο πρόσθεν καλέσας, πλησιαίτατος γὰρ ἦν, εἰ πέμποιεν τινὰς, ἢ πάντων ἴοιεν ἅμα τὸ στρατόπεδον ἀφήξοντες. ἦν τύτῳ βασιλεὺς πάλιν δ' ἦλθ' ἐπὶ τοὺς ἑαυτοῦ, ὡς ἐδόκει, ὅπισθεν. καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες συστραφέντες παρεσκευάζοντο, ὡς ταύτῃ προσιόντες. καὶ διεξόμενοι ὁ μὲν βασιλεὺς ταύτῃ μὲν οὐκ ἦλθε, ἧ δὲ παρῆλθεν ἔξω τοῦ δυνάμου κέρατος, ταύτῃ καὶ ἀπήγαγεν ἀναλαβών, καὶ οὕτω ἦν τῇ μάχῃ πρὸς τοὺς Ἕλληνας αὐτομολήσαντας, καὶ παρασφέρνης καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. ὁ δὲ παρασφέρνης ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ οὐκ ἔφυγε, ἀλλὰ ἤλασε πρὸς τὸν ποταμόν, καὶ τοὺς Ἕλληνας πελταστὰς. διελαύνων δ', κατέκλασε μὲν ὀλίγα. διασαύτους δὲ οἱ Ἕλληνες, ἕπεσθαι καὶ μὴ ἀποκλίνειν αὐτούς. ὡς δ' ἦν ἀμφιπολέτης ἦρχε τῶν πελταστῶν, καὶ ἐλέγετο φρόνιμος γεγενῆσθαι. ὁ μὲν οὖν παρασφέρνης ὡς μὲν ἔχων, ἀπηλλάγη. εἰς δὲ τὸ στρατόπεδον ἀφικόμενον τῶν Ἑλλήνων, ἐκεῖ συντυγχάνει βασιλεῖ. καὶ ὁμοῦ δὴ πάλιν συντεταγμένοι, ἐπορεύοντο. ἐπεὶ δ' ἦλθεν καὶ τὸ δύναμιν τῶν Ἑλλήνων κέρας, ἔδεισαν οἱ Ἕλληνες, μὴ προσάγοιεν πρὸς τὸ κέρας, καὶ προεκπύξαντες ἀμφοτέρωθεν αὐτούς, σφακόψειαν, καὶ ἐδόκει αὐτοῖς ἀναπύσασθαι τὸ κέρας, καὶ ποιήσασθαι ὄπισθεν τὸν ποταμόν. γνοῦ δὲ ταῦτα ἐβουλεύοντο, καὶ δὴ βασιλεὺς πάλαι φάμενος εἰς τὸ αὐτὸ χῆμα, κατέστησεν ἐναντίαν τὴν φάλαγγα, ὥσπερ ἔπρωτον μαχούμενος σωφεί. ὡς δ' εἶδον οἱ Ἕλληνες, ἐγγὺς ἔτι ὄντας καὶ πάλαι τεταγμένους, αὖθις παιανίσαντες, ἐπῆλθον πολὺ ἔτι προθυμότερον, ἢ τὸ πρόσθεν. οἱ δὲ οὐ βάρβαροι οὐκ ἐδέχοντο, ἀλλ' ἐκ πλείονος ἢ τὸ πρόσθεν ἐφυγον. οἱ δ' ἐπεδίωκον μέχρι κώμης τινός. ἐνταῦθα δὲ ἔσησαν οἱ Ἕλληνες. ὑπὲρ γὰρ τῆς κώμης γήλοφος ἦν, ἐφ' οὗ αὐτοῦ ἔστησαν οἱ ἀμφὶ βασιλέα, πεζοὶ μὲν οὐκέτι. τῶν δ' ἱππέων ὁ λόφος ἐνεπλήσθη. ὥστε τὸ πολύμυον μὴ γιγνώσκειν. καὶ τὸ βασίλειον σημεῖον ὁρᾶν ἔφασαν, ἀετόν τινα χρυσοῦν ἐπὶ πέλτης, ὑπὸ ξύλον ἀνατεταμένον. ἐπεὶ δὲ καὶ ἐνταῦθα ἐχώρουν οἱ Ἕλληνες, λέγουσι δή τὸν λόφον οἱ ἱππεῖς, οὐ μένοι ἐπὶ ἀθρόοι, ἀλλ' ἄλλοι ἄλλοθεν. ἐνίλουτο δ' ὁ λόφος τῶν ἱππέων. τέλος δὲ οὐδὲ τοῦτον ἀπεχώρησαν. ὁ μὲν Κλέαρχος οὐκ ἀνεβίβαζεν ἐπὶ τὸν λόφον, ἀλλ' ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἵστασε τὸ στρατεύμα, πέμπει λύκιον τὸν συρακούσιον, καὶ ἄλλον ἐπὶ τὸν λόφον, καὶ κελεύει καταλόντας τὰ ὑπὲρ τοῦ λόφου, τί ὄψιν, ἀπαγγεῖλαι. καὶ ὁ λύκιος ἤλασε. καὶ ἐλάλων, ἀπαγγέλλει, ὅτι φεύγουσιν αὐτοκράτωρ. χαλεπὸν δ' ὅτε ταῦτα ἤκουσε, καὶ ἥλιος ἐδύετο. ταῦτα δὴ ἔσησαν οἱ Ἕλληνες, καὶ δέκοντο τὰ ὅπλα καὶ ἀνεπαύοντο. καὶ ἅμα μὲν ἐθαύμαζον, ὅτι οὐδαμοῦ κύρος φαίνοιτο, οὐδὲ ἄλλος ἀπ' αὐτοῦ ὀλίγος φαίνοιτο. οὐ δ' ἤδεσαν αὐτὸν τεθνηκότα, ἀλλ'

ἀλλ' ἔπαζον, διὰ κῶντας οἴχεσθαι, ἢ κατελαφόμενόν τι πρόσθεν λαβεῖν, καὶ αὐτοὶ ἐβουλεύοντο, ἢ αὐτοῦ μένωντες, τὰ σκευοφόρα ἐνταῦθα ἀγάγοιντο, ἢ ἀπίοιεν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. ἔδοξεν ἐν αὐτοῖς ἀπιέναι. καὶ ἀφικνοῦνται ἀμφὶ πόρπιτον ὥραν τῆς σκηνάς. ταύτης μὲν δὴ ἡμέρας τοῦτο τέλος ἐγένετο. καταλαμβάνουσι δὲ τε ἄλλων χρημάτων τὰ πλεῖστα διαρπασμένα, καὶ εἴ τι σιτίον ἢ ποτὸν ἦν, καὶ τὰς ἁμάξας μεστὰς ἀλφίτων καὶ οἴνου, ἃς παρεσκευάσατο κῦρος, ἵνα εἴ ποτε σφόδρα λάβοι τὸ στρατόπεδον ἢ δεήσαι, δι' αὐτοῦ ἐν τοῖς Ἕλλησιν. ἦσαν δ' αὖ ταῦται ὡς ἐλέγοντο, τετρακόσιαι ἅμαξαι. καὶ ταύτας τότε οἱ σὺν Βασιλεῖ διήρπασαν. ὥστε ἄδειπνοι ἦσαν οἱ πλεῖστοι τῶν Ἑλλήνων. ἦσαν δὲ καὶ ἀνάριστοι. πρὶν γὰρ δὴ καταλῦσαι τὸ στράτευμα πρὸς ἄριστον, Βασιλεὺς ἐφάνη. τούτῳ μὲν δὴ τῇ νύκτα ὅτῳ διεχύθησαν.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ΩΣ μὲν ἠθροίσθη κύρῳ τὸ Ἑλληνικὸν, ὅποτε ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν ἀρταξέρξῃ ἐστράτευσε, καὶ ὅστε ἐν τῇ αὐθημερὸν ἐπράχθη, καὶ ὡς ἡ μάχη ἐγένετο, καὶ ὡς κῦρος ἐτελεύτησε, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἐλθόντες οἱ Ἕλληνες ἐνυμήθησαν, οἱόμενοι τε αὐτὸν νικᾶν, καὶ κῦρον ζῆν, ἐν τοσούτῳ ἐμπεσόντων λόγῳ διελήλυθται. ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ σὺν ἐλθόντες οἱ στρατηγοὶ ἐθαύμαζον, ὅτι κῦρος ὅτε ἄλλον πέμποι συμαινοῦντα ὅ, τι χρὴ ποιεῖν, ὅτ' αὐτὸς φαίνοιτο. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς συσκευασαμένους ἃ εἶχον, καὶ ὁπλισαμένους, προϊέναι εἰς τὸ πρόσθεν, ὡς κύρῳ συμμίξειαν. ἅμα δὲ ἡλίῳ ἀνίσχοντι, ἦλθε προσκλῆς ὁ τῆς θρᾳκίας ἀρχὼν γεγονὼς, ἀπὸ δεκάτου τῶν λάκωνος, καὶ γλοῦς ὁ τισαμένου, ὅτοι ἔλεγον, ὅτι κῦρος μὲν τέθνηκεν. ἀριαῖος δὲ πεφυγὼς σὺν τῷ στρατῷ, εἰς μετὰ τῶν ἄλλων βαρβάρων, ὅθεν τῇ πρότερον ὥρμηντο. καὶ λέγοι ὅτι ταύτῃ μὲν τὴν ἡμέραν παρεμείνειαν αὐ αὐτοῦ, εἰ μέλλοιεν ἥξειν. τῇ δ' ἄλλῃ ἀπιέναι φαίη πρὸς ἰωνίας ὅθενπερ ἦλθε. ταῦτα ἀκούοντες οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ ἄλλοι ἕλληνες, βαρέως ἔφερον. κλέαρχος δὲ τάδε ἔφη· ἀλλ' ὄφελε μὲν κῦρος ζῆν. ἐπεὶ δὲ τετελεύτηκεν, ἀπαγγέλλετε ἀριαίῳ, ὅτι ἡμεῖς γε νικῶμεν βασιλέα. καὶ ὡς ὁρᾶτε, οὐδεὶς ἡμῖν ἔτι μάχεται. καὶ εἰ μὴ ὑμεῖς ἦλθετε, ἐπορευόμεθα ἂν ἐπὶ βασιλέα. ἐπαγγελλόμεθα δὲ ἀριαίῳ, ἐὰν σῴζηται ἔλθη, εἰς τὸν θρόνον τὸν βασίλειον αὐτὸν καθιεῖν. τῶν γὰρ μάχῃ νικώντων, καὶ τὸ ἄρχειν ὀρθόν. ταῦτ' εἰπὼν, ἀπεστέλλει οὓς ἀγγέλους, καὶ σὺν αὐτοῖς χειρίσοφον τὸν λακωνα, καὶ μένωνα τὸν θετταλόν. καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ μένων ἐβούλετο. ἦν γὰρ φίλος καὶ ξένος ἀριαίου. οἱ μὲν ὤχοντο. κλέαρχος δὲ παρεμένε. τὸ δὲ στράτευμα ἐπορίζετο σῖτον, ὅπως ἐδύναντο ἐκ τῶν ὑποζυγίων, κόπτοντες τοὺς βοῦς καὶ ὄνους. ξύλοις δ' ἐχρῶντο μικρὸν προϊόντες ἀπὸ τῆς φαλάγγος, οὗ ἦν μάχη ἐγένετο. τοῖς τε οἰκοῦσι πολλοῖς οὖσιν, οὓς ἠναγκάζον οἱ Ἕλληνες ἐκβάλλειν τοὺς αὐτομολοῦντας παρὰ βασιλέως, καὶ τοῖς γέρρουσι, καὶ ταῖς

neq; ex eius comitatu quisquam iam adesset. Illum tamen uel hostes insequi, uel relictum à tergo statim aduenturum opinabantur. Inter se uero consultabãt, ad eumne locum impedimenta adducerent, an uerò in pristina se castra reciperent: placuit postremò in castra redire. Ad tabernacula igitur sua, sub ipsum cœnæ tempus peruenerunt. Et hic diei illius exitus fuit. Offenderũt autem cum cæteras multarum rerum copias direptas, tum quicquid poculẽtum, aut esculentum fuerat: atq; inter hæc plaustra farina uinoq; onerata CCCC. quæ Cyrus reseruabat inter Græcos diuidenda, si fortè exercitus penuria laboraret. Quæ sanè omnia regiæ copiæ diripuerant, eamq; ob rem ex Græcis quamplurimi incœnati pernoctarunt, cum omnes etiam impransi essent. Rex enim se ostenderat, antequam cibi capiendi potestas esset. Atque hanc quidem noctem ad hunc modum egêre.

XENOPHONTIS DE CYRI MINORIS EXPEDITIONE LIBER SECUNDUS, Romulo Amasæo interp.

QVEMADMODVM ad se Cyrus Græcorum copias euocarit, susceptа aduersus Artaxerxen fratrem expeditione: quemadmodum deinde prælium sit commissum, ac in eo Cyrus ceciderit, & Græci postremò uicisse se omni ex parte, ac Cyrum uiuere existimantes, in castra reuersi pernoctarint, superiore libro expositum est. Postero uerò die prima luce cum duces in unum conuenissent, uehementer admirari cœperunt, quod neque nuncium ad se, quid facto opus esset, mitteret, neque ipse uspiam in conspectu prodiret. Quare ijs, quæ reliqua erant, impedimentis collectis, uniuersi armis sumptis promouere statuerunt, usquedum se cum Cyro coniungerẽt. Iam propè erat ut iter ingrederentur, cum sub ipsum solis ortum Procles Teuthraniæ præfectus à Lacone Demarato genus ducens, & Tami filius Glus uenientes, Cyrum mortuum esse nunciarunt. Ariæum uero cum reliquis barbaris ad ea castra fugisse unde pridie mouerunt: illum dicere, totum se eum diem, nec amplius, Græcos opperiri uelle: postridie si non uenissent, in Ioniam se unde profectus esset, reuersurum. Hæc cum audissent duces, et item Græci omnes, molestissimè tulerunt. Clearchus uerò ad illos conuersus: Vtinã, inquit, Cyrus uiueret: sed quando ille mortem oppetijt, Ariæo renunciate, nos quidem regem uicisse: ut enim uidetis, nemo iam nobis repugnat: quod nisi uos interuenissetis, aduersus ipsum regem contendissemus. Verum Ariæo pollicemur, si ad nos uenerit, ipsum nos in regio solio collocaturos: EST enim penes eos qui prælio uicerint, imperiũ. Cum hoc respõso nũcios remittit, cumq; ijs Chirisophũ Laconẽ, et Menonẽ Thessalum, hunc sanè postulantẽ: erat enim Ariæo et amicus, & hospes. Atq; hi statim profecti sunt. Clearchus uerò quid illi afferrent, expectabat. Interea exercitus se in maxima cibariorum penuria ueterinis sustentabat, boues, asinos, cædens: ac pro lignis utebantur sagittis & missilibus, quæ non longe à castris, quo in loco pugna cõmissa fuerat, humi iacebant: quæq; ijs qui à rege perfugerant, Græci adimebant. Non deerant præterea parmæ, & crati-

cratitia scuta Aegyptiaca, peltæ passim plurimæ, & plaustra inania, sine iumentis, è quibus facto igni, eli/xis eo die carnibus, famem leuarunt. Sub eam uerò diei horam, qua forum hominum multitudine refertißimũ esse consueuit, á rege & Tissapherne legati uenerunt: reliqui barbari, unus Græcus, Phalynus nomine, qui tunc forte apud Tissaphernem honestißimum locum tenebat, quod & rerum gerendarum, & armorum singularem sibi peritiam uindicabat. Hi cum ad Græcorum duces acceßis/sent: Regem, inquiunt, iubere (quod scilicet á se uictoria esset, cum Cyrum occidisset) ut sibi arma tradant, & ad regis limina consistentes, experiantur si quid forte cõmodi nanciscí poßint. Hæc illi. Quæ etsi Græci indignißimè ferebant, Clearchus tamen id unum respondit, non esse eorum qui uicissent, arma tradere: uerùm uos, inquit, prætores, illud his respondebitis, quod honestißimum atque optimum uobis in mentem uenerit: ego ad uos statim re/uertar. Accersierat enim eum ex ministris unus, ut exempta exta inspiceret, ut tunc forte sacris operam dabat. Ibi Cleanor Arcas, omnium natu maximus, primus respon/dit, quod ad se pertineret, malle mori, quàm arma trade/re. Thebanus deinde Proxenus: Enimuero, inquit, ego admiror Phalyne, quid sibi cum hac postulatione rex uelit: utrum ne tanquam uictor á uictis arma, an ut ab amicis amicus dona petit? Nam si ut uictor, quid ea opus est petere? cur non inuitis ereptum uenit? Sin mauult ea dono accipere, quid obsecro militibus, ubi arma elargiti fuerint, reliquum fiet? Ad hæc Phalynus: Rex, inquit, se plane uicisse interpretatur: nam & Cyro interempto, qui cum est ei amplius de imperio certamen? Ac uos in potestate sua esse putat, quos in media regione sua, intra difficilima traiectu flumina intercluſos tenet. Eam uerò contra uos hominum multitudinem posit adducere, quam si uobis ipse interficiendam tradat, neutiquam tamen poßitis. Tum Xenophon Athenien/sis: Atqui ô Phalyne, inquit, nobis, ut uides, nihil boni, præter arma & uirtutem reliquum est. Ac arma quidem quandiu obtinemus, nobis arbitramur uirtutem usui esse posse: illa simulac tradiderimus, ipsorum etiam corporum nos uus omne amissuros. Noli igitur, obsecro te, putare nos ea quæ sola poßidemus bona, cuiquam tradituros: quin his ipsis de reliquis bonis pugnabimus. His auditis, Phalynus subridens: Tu quidem, inquit, adolescens philosophus, ni fallor, es: & sunt sanè quæ dicis non illepida, uerùm non satis sanus es, si uestram uirtutem regijs copijs superiorem fore putas. Alios quidem rumor fuit demißius multò, & pene effœminatè loquutos, cum dicerent se, ut Cyro fideles fuissent, ita & regi ipsi egregiam operam nauare posse, modo ille se in amicitiam recipiat: nam & in alijs quibusuis expeditionibus, & in Aegypto debellanda, strenue ipsum adiuturos. Interea Clearchus rediens, nunquid iam legatis responsum sit, rogat. Tum Phalynus: Ex his, inquit, Clearche alius alia dicit. Tu uerò iam quid censeas, nobis explica. Ad hæc Clearchus: Te, inquit, Phalyne libenter uidi, atq; hi etiam, opinor, omnes: nam & ipse tu Græcus es, & nos item omnes quos hic uides. Quare in hoc rerum statu te consulimus, quid in rem nostram esse putes. Age igitur per deos, eo nos consilio iuua, quod tibi honestißimum, atq; optimum uideatur, quodq; tibi apud poste/

ταῖς ξυλίναις ἀσπίσι ταῖς αἰγυπτίαις, πολλαὶ ἦ ἡ τοῦ ἅμαξαι ἦσαν φέρεσθαι ὄρημοι, οἷς πᾶσι χώμενοι, κρέα ἕψοντες, ἤδιον ἐκείνῳ τῷ ἡμέραν. ἡ ἀγορὰ τε ἦν πολὺ πλήθουσα ἀγοραῖ, καὶ ὀρχοῦνται παρὰ βασιλέως ἡ παρὰ Φερνάβαζου κήρυκες. οἱ μὲν ἄλλοι βάρβαροι. ἦν δὲ αὐτῶν φαλῖνος εἷς Ἕλλην, ὃς ἐτύγχανε παρὰ παρὰ Φερνάβαζῳ ὢν, καὶ φίλτατος ἦν. καὶ γὰρ πάνυ ἐποιεῖτο ὧν ἐπ μων ἐν τῶν πρὸς τὰς πράξεις τε ἡ ὁπλομαχίαν. ὅτε δὲ παρελθόντες ἡ καλέσαντες αὐτὸν τῶν ἑλλήνων ἄρχοντας, λέγουσιν ὅτι βασιλεὺς κελεύει αὐτὸν ἕλληνας, ἐπεὶ νικῶν τυγχάνοι, καὶ νῦν ἀπέκτονε, παραδόντας τὰ ὅπλα, ἰόντας ἐπὶ τὰς βασιλέως θύρας ἐνθεῖσθαι ἐν ἡ δώσοντα ἀγαθόν. ταῦτα μὲν ἔφασαν οἱ βασιλέως κήρυκες. οἱ δὲ ἕλληνες βασέως μὲν ἤκουσαν. ὅμως δὲ ἐκέλευε χον τοσοῦτον εἶπον· ὅτι οὐ τῶν νικώντων εἴη τὰ ὅπλα παραδιδόναι. ἀλλ', ἔφη, ὑμεῖς μὲν, ὦ ἀνδρες στρατηγοί, τούτοις ἀποκείνασθε ὅ, τι κάλλιστόν τε καὶ ἄριστον ἔχετε. ἐγὼ δ' αὐτίκα ἥξω. ἐκάλεσε γάρ τις αὐτὸν τῶν, ὅπως ἴδοι τὰ ἱερὰ ὄζημι μάλα. ἔτυχε γὰρ θυόμενον. γνόντα δὲ ἀπεκείναντε ἐκέλευσεν μὲν ὁ ἀρκὰς πρεσβύτατον ὢν, ὅτι πρόσθεν ἂν ἀποθανοίην, ἢ τὰ ὅπλα παραδοίην. πρόξενον δὲ ὁ θηβαῖος· ἀλλ' ἐγώ, ἔφη, ὦ φαλῖνε, θαυμάζω, πότερα ὡς κρατῶν βασιλεὺς αὐτῶν τὰ ὅπλα, ἢ ὡς φίλαν φίλων. εἰ μὲν γὰρ ὡς κρατῶν, τί δεῖ αὐτὸν αὐτῶν, ἀλλ' οὐ λαβεῖν ἐλθόντα; εἰ δὲ πείσας, βούλεται λαβεῖν, λεγέτω τί ἔσαι τοῖς στρατιώτας, ἐὰν αὐτῷ ταῦτα χαρίσωνται. πῶς ταῦτα φαλῖνος εἶπε· βασιλεὺς νικᾷν ἡγεῖται, ἐπεὶ κύρον ἀπέκτονε. τίς γὰρ αὐτῷ ὄζιν, ὅστις ἀρχῆς αὐτιποιεῖται; νομίζει δὲ καὶ ὑμᾶς αὐτοῦ εἶναι, ἔχων γὰ μέσῃ τῇ αὐτοῦ χώρᾳ καὶ ποταμῶν γῆς ἀδιαβάτων, καὶ πλῆθος ἀνθρώπων ἐφ' ὑμᾶς δυνάμενον ἀγαγεῖν, ὅσον οὐδ' εἰ παρέχοι ὑμῖν δύναμιν ἂν ἀποκτεῖναι. μετὰ ταῦτα ξυνεφῶν ἀθῳᾶτος εἶπεν· ὦ φαλῖνε, νῦν ὡς σὺ ὁρᾷς, ἡμῖν οὐδὲν ἄλλο ὄζιν ἀγαθὸν, εἰ μὴ ὅπλα καὶ ἀρετή. ἡ ὅπλα μὲν ἂν ἔχοντες, οἰόμεθα ἂν καὶ τῇ ἀρετῇ χῆσθαι. παραδόντες δ' ἂν ταῦτα, καὶ τῶν σωμάτων στερῆσθαι. μὴ οὖν οἷον τὰ μόνα ἡμῖν ἀγαθὰ ὄντα, ἡμᾶς παραδῶσιν, ἀλλὰ σὺν τούτοις καὶ περὶ τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν μαχούμεθα. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ φαλῖνος, ἐγέλασε καὶ εἶπεν· ἀλλὰ φιλοσόφῳ μὲν ἔοικας, ὦ νεανίσκε, ἡ λέγεις ὀκαίως. ἴσθι μέν τοι αὐόκητος ὤν, εἰ οἴει αὖ τὴν ὑμετέραν ἀρετὴν, περιγενέσθαι βασιλέως δυνάμεως. ἄλλους μέντοι πίνας ἔφασαν λέγειν ὑπομαλακιζομένους, ὡς καὶ κύρῳ πιστοὶ γένοιντο, καὶ βασιλεῖ γ' ἂν πολλοῦ ἄξιοι γένωνται, εἰ βούλοιτο φίλος γενέσθαι, καὶ εἴ τι ἄλλο βούλεται χῆσθαι, εἴτ' ἐπ' αἰγυπτίους στρατεύειν, σύμμαχα στρέψαιντ' ἂν αὐτῷ. γὰ τούτῳ ἡ κλέαρχος ἦκε, ἡ πυθόμενος, εἰ ἤδη ἀπεκεκριμένοι εἶεν. φαλῖνος δ' ὑπολαβὼν εἶπεν· ὅτοι μὲν, ὦ κλέαρχε, ἄλλος ἄλλα λέγει. σὺ δ' ἡμῖν εἰπὲ, τί λέγεις; ὁ δ' εἶπεν· ἐγώ σε, ὦ φαλῖνε, ἄσμενος ἑώρακα. οἶμαι δὲ καὶ οἱ ἄλλοι παῖδες ὅτοι. σύ τε ἕλλην εἶ, καὶ ἡμεῖς τοσοῦδε ὄντες ὅσους σὺ ὁρᾷς. γὰ τοιούτοις ὄντες πράγμασι συμβαλοῦμέθά σοι τί χῆ ποιεῖν πρὸς ὧν λέγῃς. σὺ δὲ πρὸς θεῶν συμβούλευε ἡμῖν ὅ, τι σοι δοκεῖ κάλλιστον ἡ ἄριστον εἶν, ἡ ὅ, τι σοι πιλὼ οἴσει εἰς τὸν

posteros laudi futurum sit, cum illi scilicet aut legent, aut audient Phalynũ à rege missum, ut Græcos iuberet arma tradere, etsi regis in officio erat, id tamen illis consilij dedisse: quicquid enim id fuerit, tibi persuadeas in Græcia prædicatũ iri. Hoc sermode Clearchus se illum inductũrũ sperabat, ut diceret, neq; se putare ex Græcorum re esse arma tradere: Græcos uerò ipsos cum legati regij sententiã nossent, meliorẽ existimabat in posterũ spem concepturos. Verùm multo secus Phalynus, atq; ille opinatus fuerat, respondit: Ego, inquit, si uel tantula spes reliqua est, fore uos saluos si bellum regi inferatis, neutiquam uobis suadeam arma tradere: sin salutis spes prorsus nulla reliqua esse possit, uos hortor, ut quo possus modo salui esse malitis. Tũ Clearchus: Tu quidem, inquit, ita censes: à nobis uerò hæc regi renunciato, arbitrari nos, si nos sibi amicos esse malit, multò ei fore utiliores amicos, arma si retinueri/mus, q̃ si ea cuiquã tradiderimus: sin bellum fuerit gerendũ, non esse difficile existimare, quanto magis conducat arma retinere, q̃ alijs tradere. At Phalynus: Nos inquit, ita ut iubes renunciabimus. Sed & alia à rege ad uos mandata habemus: manentib. hoc ipso in loco, fœdus: progredientib. uerò, aut regredientib. se uobis bellum proponere. Respondebitis igitur & hoc mihi, utrũ manentes uobis à rege pacem, an uero discedẽtes bellum malitis, ut habeã quid regi renunciem. Hic Clearchus: Illi, inquit, renũciabis, hac de re idẽ nobis quod regi uideri. Quid hoc est? inquit Phalynus. Si manserimus, respondet Clearchus, pacem: sin progressi aut regressi fuerimus, bellum nobis futurũ. Dic, inquit ille, apertius, pacémne an bellũ renuncio? Iterũ Clearchus: Pax, inquam, manentibus, progressis aut regressis bellũ. Neq; quid facturus esset, ulla ex parte significauit. Ac Phalynus quidẽ cũ collegis profectus est. Procles uero et Chirisophus ab Ariæo redierunt: apud illũ Menon mansit. Hi retulerunt, Ariæũ dicere in Persis multos esse dignitate se longè superiores, qui nequaquam laturi essent se regnare: si ad se uenire uellent, ea ipsa nocte uenirent, prima luce se omnino discessurũ. Tum Clearchus: Sic, inquit, ut dictis, si uenerimus: sin aliter, quod maximè uobis usum fuerit expedire, illud facito te. Quid uerò facturus esset, neq; his aperuit. His ita actis, sole iam occidẽte prætorib. et centuriomb. ad se aduocatis, in hunc modũ uerba fecit: Mihi, uti fortissimi, deos per exta cõsulenti, an aduersus regẽ eundum sit, nõ est belle litatũ: atq; id opinor consentaneũ fuit. Rẽ enim explorata, inter nos et regẽ Tigrim fluuiũ cõperio: atq; is non aliter q̃ nauibus traijci potest, quæ nobis nusquã suppetunt. Hic uero commorandi nulla est nobis facultas: desunt enim commeatus. At. n. ad Cyri amicos si nos cõferamus, exta optime promittũt. Sic igitur facto opus est: pro sua quisq; copia cibũ capiat: deinde cũ eodẽ modo quo quiescẽdi tẽpus significatur, cornu signum datum fuerit, ad primũ protinus signum uasa colligãtur: ad secundum, iumenta onerẽtur: ad tertium, ducem omnes sequantur: atq; ita ut impedimẽta secundũ flumẽ sint armati citerius iter faciant. His auditis, prætores ac centuriones sibi quod ille statuisset facũdum putarunt: atq; ex hoc quidem tempore, tacito omniũ consensu, ille uniuersis imperauit, quod nempe solus

ὁρμὴ ἔπειτα χρόνον αὐκαλεγόμβῳ, ὅτι φαλινῷ ποτὲ πεμφθεὶς παρὰ βασιλέως μελλύσων οὓς ἕλλωας τὰ ὅπλα παραδοιῶναι, συμβασιλυόμβνος, συμβούλυσον αὐτοῖς τάδε. οἶδα δὲ ὅτι αὐαγκη λέγεσθαι γὴ τῇ ἑλλαδι, ὃ ἂν συμβουλύσῃς. ὁ δὲ κλέαρχος ταῦτα ὑπήγερ, βουλόμενος μὴ αὐτὸν γὰρ παρὰ βασιλέως προβεβουλευκέναι συμβουλεῦσαι, μὴ παραδιδόναι τὰ ὅπλα, ὅπως βέλτιδας μᾶλλον οἱ ἕλληνας εἶεν. φαλινῷ δ' ὑπολαβὼν εἶπεν· ἀλλὰ ταῦτα μὲν δὴ σὺ λέγεις. ἡμῖν δὲ ἀπάγγειλε ταῦτα. ὅτι ἡμεῖς οἰόμεθα, εἰ μὲν δέοι βασιλεῖ φίλους εἶναι, πλείονος ἂν ἄξιοι εἶναι φίλοι, ἔχοντες τὰ ὅπλα, ἢ παραδόντες ἄλλῳ· εἰ δὲ δέοι πολεμεῖν, ἄμεινον ἂν πολεμεῖν, ἔχοντες τὰ ὅπλα, ἢ ἄλλῳ παραδόντες. ὁ δὲ φαλινῷ εἶπε· ταῦτα μὲν δὴ ἀπαγγελοῦμεν, ἀλλὰ καὶ τάδε ὑμῖν ἐκέλυσεν εἰπεῖν βασιλεύς, ὅτι μένουσι μὲν ὑμῖν αὐτὸ, σπονδαὶ ἔσονται· πρόϊοῦσι δὲ καὶ ἀπιοῦσι, πόλεμος. εἶπατε οὖν καὶ πρὸς τοῦτο, πότερα μένετε καὶ σπονδαί εἰσιν, ἢ ὡς πολέμιον ὄντα παρ' ὑμῶν ἀπαγγελῶ. ἐλέαρχος δ' ἔλεξεν, ἀπάγγελε τοίνυν καὶ πρὸς τούτων, ὅτι καὶ ἡμῖν ταῦτα δοκεῖ, ἅπερ βασιλεῖ. τί οὖν ταῦτ' ἐστίν, ἔφη ὁ φαλινός; ἀπεκρίνατο κλέαρχος· ἢν μὲν μένωμεν, σπονδαὶ· ἀπιοῦσι δὲ καὶ προϊόντες, πόλεμος. ὁ δὲ πάλιν ἠρώτησε, σπονδὰς ἢ πόλεμον ἀπαγγελῶ; ἐλέαρχος· ἢ ταῦτα πάλιν ἀπεκρίνατο· σπονδαὶ μὲν, μένουσιν· ἀπιοῦσι δὲ καὶ προϊοῦσι, πόλεμος. ὅτι δὲ ποιήσοι, οὐ διεσήμανε. φαλινῷ μὴ δὴ ὤχετο καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. οἱ δὲ πρὸς ἀριαίου ἦκον, πρόκλης καὶ χειρίσοφος. μένων δὲ αὐτοῦ ἔμεινε παρὰ ἀριαίῳ. ὅτοι δὲ ἔλεγον, ὅτι πολλοὺς φαίη ἀριαῖος ἐν τῇ περσίδι ἑαυτοῦ βελτίους, οὓς οὐκ ἂν αὐαχέσθαι αὐτὸν βασιλεύοντας, ἀλλ' εἰ βούλεσθε σωτηρίαν, ἥκειν ἤδη κελεύει νυκτός· εἰ δὲ μή, αὐτὸς πρωῒ ἀπιέναι φησίν. ὁ δὲ κλέαρχος εἶπεν· ἀλλ' οὕτω χρὴ ποιεῖν. ἂν μὲν ἥκωμεν ὥσπερ λέγετε· εἰ δὲ μή, προσπέμπετε ὁποῖον ἂν τι ὑμῖν οἴησθε μέλλειν συμφέρειν. ὃ, τι δὲ ποιήσοι, οὐδὲ τούτοις εἶπε. μετὰ ταῦτα, ἅμα ἡλίου δύνοντος, συγκαλέσας τοὺς στρατηγοὺς, καὶ λοχαγοὺς, ἔλεξε τοιάδε· ἐμοὶ, ὦ ἄνδρες, θυομένῳ ἐφάνη ἐν ἱερῷ βασιλέα, ὅτε ἐγίνετο τὰ ἱερὰ, καὶ εἰκότως ἀρχὴ οὐκ ἐγίγνετο. ὡς γ' ἐγὼ νῦν πυνθάνομαι, ἐν μέσῳ ἡμῶν καὶ βασιλέως ὁ τίγρης ποταμός ἐστι ναυσίπορος, οὐκ ἂν δυνάμεθα αὖθι πλοῖα διαβῆναι. πλοῖα δ' ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν. ἔστιν δ' ἡμῖν αὐτοῦ γε μένειν οἷόν τε. τὰ γ' ὦν τάδε ἐστὶν οὐκ ἔστιν. ἐφάνη δὲ παρὰ τοῦ κύρου φίλους, παύν καλὰ ἡμῖν τὰ ἱερὰ ἰδεῖν. ὥστε δεῖ χρὴ ποιεῖν, ἀπιόντας δεῖπνεῖν, ὅπως τίς ἔχει. ἐπειδὰν δὲ σημήνῃ τῷ κέρατι ὡς ἀναπαύεσθαι, συσκευάζεσθε. ἐπὰν δ' αὖ ἡ δεύτερον, ἀναπίθεσθε τοῖς ὑποζύγια. ὑμῖν δὲ τῷ τρίτῳ ἕπεσθε ὑφ' ἡγουμένῳ. τὰ μὲν ὑποζύγια ἔχοντες πρὸ τοῦ ποταμοῦ, τὰ δὲ ὅπλα ἔξω. ταῦτα ἀκούσαντες οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ λοχαγοὶ, ἀπῆλθον, καὶ ἐπίοιεν οὕτω. καὶ τολοιπὸν, ὁ μὲν ἦρχεν, οἱ δ' ἐπείθοντο, οὐχ ἑκόμενοι· ἀλλ' ὁρῶντες,

ὅτι

solus imperatorijs artibus, quarum cæteri expertes essent, excellere uideretur. Fuit iter quod ab Epheso Ioniæ confecerunt, castrorum quingentenûm nonagenûm ternûm: stadiûm sedecies M. & L. id est, millium passuum uicies centenûm, & amplius centum, decem & octo. Ab eo uero loco ubi pugnatum est, ad Babylonem usque, stadia esse ferebantur ter M. & L X. passuum millia CCCCVIII. Hinc cum iam primæ se intenderent tenebræ, Myltocythes Thrax cum equitibus quibus ipse imperabat, circiter X L. ad regem transfugit. Clearchus reliquos dicto audientes habuit, cum quibus media ferme nocte ad prima castra, ad Arieum, eiusq; copias peruenit. Ibi prætores & centuriones instructam aciem relinquentes, ad Arieum conuenere. Vbi inter Græcos & Arieum, eiusq; optimates fœdus percussum est, neutram partem alteram prodituram, firmam & fidam inter ipsos societatem futuram: Barbari priores iusiurandum conceperunt, se bona fide agmen ducturos. Fœdus ictum est, mactatis super scuto, tauro, apro, lupo, ariete, in quorum sanguine ense enses Græci, hastas barbari intinxerunt. His ritè sanctis, Clearchus age, inquit, Ariee, quando idem est nobis de reditu consilium capiendum, quid obsecro de tota itineris ratione censes? utrum ne eadem qua uenimus uia utamur? an tibi potior ulla in mentem uenire potest? Hic ille: Si eadem, inquit, reuertamur, fame nos confici necesse est, ubi neq; commeatus ulli nobis, ut proximè, his denis septenis castris suppetant: neque ex agro liceat comparare, cum nuper qua cunq; iter fecimus, omnia consumpserimus. Quare uia utendum statuo, etsi longiore, in qua tamen commeatuum penuria multò minus laboremus. Ac primis quidem diebus magnis est nobis itineribus contendendum, quo scilicet à regijs castris quam longissime recedamus. Nam si biduj aut triduj ab rege abfuerimus, non erit quod uereamur ne nos assequi possit. Cum paruis enim copijs non audebit, cum magna manu non poterit celeriter insequi. Ad hæc commeatuum penuria laborabit. Hæc, inquit, mea sententia est. Erat hoc consilium ad fugam & recessum appositum, ad reliqua inutile. Verùm fortuna melior dux fuit. Vt enim illuxit, iter facere cœperunt, à dextera solem habentes, cum se existimarent sole iam occidente ad uicos Babyloniæ peruenturos. Quæ sanè coniectura nihil eos fefellit. Sub ipsum uerò crepusculum, hostilem sibi equitatum uidere uisi sunt: ob id Græci qui ordinem, ut in longiore uia fit, negligentius seruarant, statim in locum suum recurrerunt. Et Arieus ipse, cum propter uulnus quod in pugna acceperat, plaustro curuli uehebatur, desilijt, ac loricam induit. Idem eius milites fecerunt. Dum hi arma caperent, qui speculatum missi fuerant, renunciarunt nullos in conspectu esse equites, iumenta duntaxat pascere: ex quo facile omnes intellexerunt regia castra nõ longe abesse, quod item fumus è proximis uicis planè fecit. Ibi Clearchus neq; aduersus hostes progredi tutum duxit, cum fessum de uia, et plane debilitatum inedia militem esse intelligeret. Neq; tamen (id cauens ne fugere uideretur) de uia sibi declinandum putauit: sed rectâ agmen agens occidente iam sole, cum ijs qui in fronte agminis erant castra locauit.

Taber/

